N. 1747.

CURRENDA VII.

A. D. 1858.

N. 1481.

Militia subsidiaria (Rezerwa) sive activa sive non activa jurisdictioni Cleri militaris subjicitur.

In Currenda IV. ex A. 1854. sub N. 683. Venerabilis Clerus de Constitutione C. R. supremæ Præfecturæ militaris e 2. Jan. 1854. N. 271 per Exc. Gubernium Leopol. sub 7. Feb. a. ej. N. 5372 Consistorio hujati intimata, informatus extitit, vigore cujus miles quisq. reservatus quamdiu inter civiles commorans ad activa Militiæ obsequia vocatus non est, jurisdictioni Cleri civilis in cunctis actibus parochialibus adeoq. et quoad copulationem, ad quam sine pravia licentia militari haud admittatur, subjacebat, et actus copulationis libro Copulatorum pro civilibus inserendus, attamen extractus exinde ad eandem Instantiam militarem, quæ licentiam concesserat, promovendus erat. Hæc Ordinatio secundum Intimationem Exc. Regiminis Cracov. de 2. Maji a. c. N. 8818 Decreto Alti Ministerii Cultus et studiorum de 16. Martii a. c. N. 4197 junctim cum C. R. suprema Præfectura militari abrogatur, ac consequenter miles Reservatus, sive officia penes Militam exercet, sive alibi privatim quæstum facit, jurisdictioni Cleri campestris in functionibus parochialibus adscribitur, quæ mutatio pro strctissima observantia hisce communicatur. Pro majori nefors pluribus intelligentia, Copia textus originalis sequitur: Z. 8818. »Aus Anlaß eines Kompetenzstreites zwischen einem Civilpfarrer und einem Militärseelsorger ist der Zweifel erhoben worden, ob durch den Erlaß des h. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 18. Februar 1857 Z. 2062 (Reg. Erlaß vom 13. März 1857 Z. 7243,) [Kur. VI. 1857 Z. 1224:] in welchem der nicht aktiven Reserve-Mannschaft ausdrücklich nicht erwähnt worden ist, die früheren h. Erlässe vom 25. November 1852 Z. 4749 und vom 29. Jänner 1854. Z. 1474 (Gub. Coons Erlässe vom 28. Dezember 1852. Z. 18587 und 20. Februar 1854. Z. 2718) [Kur. IV. Z. 683 54] wornach die nicht aktive Reserve-Mannschaft der civilgeistlichen Jurisdiktion zugewiesen war, als aufgehoben zu betrachten seien.

In dieser Beziehung hat das hohe k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht im Einvernehmen mit dem k. k. Armee-Ober-Kommando laut herabgelangten Erlaßes vom 16. März l. J. Z. 4197. Folgendes zu bedeuten befunden.

Das mit dem h. o. Erlasse vom 18. Februar v. J. Z. 2062, übersendete Verzeichniß jener Truppenkörper, Branchen, Anstalten und Militärpersonen, welche in Folge

Allerhöchster Bestimmung der civilgeistlichen Jurisdiktion angehören, enthält eine erschöpfend vollständige Aufzählung derselben, wie schon durch den in dem obigen Erlasse enthaltenen Ausdruck, »sämmtliche« angedeutet war, daher selbstverständlich alle jene Militärpersonen, welche in dem gedachten Verzeichnisse nicht erwähnt sind, der militärgeistlichen Jurisdiktion unterstehen.

Da nun die Reserve-Mannschaft, welche nicht aktiv ist, darin nicht benannt erscheint, so muß dieselbe gleich der zur aktiven Dienstleistung einberufenen, als der militärgeistlichen Jurisdiktion unterstehend betrachtet werden.

Es folgt hieraus, daß die früheren Bestimmungen in den h. o. Erläßen vom 25. November 1852 Z. 4749 und vom 29 Jänner 1854 Z. 1474, wornach die nicht aktive Reserve-Mannschaft der civilgeistlichen Jurisdiktion zugewiesen war, aufgehört haben, wirksam zu sein.

Wovon das Hochw. bischöfl. Konsistorium zur Wissenschaft mit dem Ersuchen in die Kenntniß gesetzt wird, hievon die unterstehende Kuratgeistlichkeit zur Darnachachtung verständigen zu wollen.

K. k. Landes-Regierung. Krakau 2. Mai 1858.

N. 1726.

Eliminatio pravarum populi consuetudinum penes Confessionem, Communionem ac Processionem, in memoriam revocatur.

Jam in Notificationibus ex a. **1850. III. N. 683.** semi-alteram philuram a pag. **11-17.** variis quoad morem populi in peragenda Confessione, Communione et processione detestabilem plurimis adhuc in locis vigentem... observationibus, nec non informationibus, consiliis, monitisq. implevimus, atq. rursus subsequo anno **1851.** in Cur. **X.** sub **N. 2309** pag **43.** quum in locis sacris, præprimis sub indulgentiis nullam in favorem pietatis reverentiæq. circa tanta mysteria aut Ecclesiæ ritus mutationem detexissemus, *modestiam* circa Confessionalia, Communionis Mensam ac Processiones populo fideli inculcandam, demandavimus.

In priori Currenda III. detestabamur inter alia:

1. *Nisum* popularium, negotium Confessionis et Communionis, præprimis sub Indulgentiis, extra Esiam parochialem, etsi gravissimum sanctissimumq. *celerrime* expediendi, domumq. intra brevissimum temporis spatium remeandi, quo in ludibrium tantorum Sacramentorum fit, ut plurimi Confessionem et Communionem *quantocyus* absolvere cupientes, *Confessionale* obsidentes expugnare videantur, nulla distantia confessuri a confitente disjuncti, mares fœminis immixti, alter alterum e loco jam pridem occupato deturbare haud vereatur; debiliores fortioribus cedere cogantur, qui posteriores sæpe sua insolentia eo usq. progrediuntur, ut et Confessionale ipsum et Mensam Domini infrigant, imo vitam aliorum periculo exponant; unde clamores, tumultus, perturbationes Confesarii, Communicantis, poenitentis, cœnam Domini anhelantis...

Ejusmodi impatientes peracta in tumultu Confessione, nec momentum temporis, præ-

parationi ad epulum cœleste impenderent, si statim communio distribueretur; sed illico sine debita meditatione, precationeve, sine reverentia... ad arripiendum Corpus Domini convolarent, domum &c. absque condigna gratiarum actione properaturi.

II. *Ausum nefandum* processiones cum disordine et tumultu peragendi, qui videlicet posterior ambo in eo exercetur, quod alter alterum præcurrere; quisq. primus limina templi petere, primus circa sacerdotes incedere,... ac solennitate Corporis Xti hic illeve in ramos penes altaria extra Esiam adornata irruere, trusiones, tumultus, clamores excitare, non veretur....

Ast non solum detestationem Nostram expressimus, verum adminicula quoque ad abolendas ejusmodi ruditatis, impietatisq. eruptiones, quæ utiq. pro dolor! in animarum salutis detrimentum, in religionis nostræ ludibrium, in Cleri cavillationem damnationemq. ad Nos transierant, suppeditavimus... Sed his non obstantibus malum inveteratum ultro serpere conspicimus. Quæ hujus tristis phœnominis causa reputanda? Si Ven. Clerus auxiliante gratia divina consuetudinem inveteratæ potationis ubiq. tunc grassantem exhortationibus energicis infringere valuit; quare hoc in obtutu, quum stimulo sensualitatis ordo et decentia introducendus minime derogaret, nullum aut tardum nimis successum speraret vel obtineret?! Si plurimis animarum Rectoribus ordinem præscriptum penes Confessionale et Mensam Domini introducere contigit in propria ecclesia; quare haud valeret Parochianis suis ecclesias pro indulgentiis vicinas visitantibus persuadere observationem ejusdem ordinis in visitatis alienis?! Et in specie, si plures Parochi, Administratores, aut Cooperatores parochianos ad condecorandam ecclesiam, ad comparandam supellectilem sacram permoverint, eo facilius inclinabunt suos ad ordinem et modestiam in processionibus, quæ virtutes utique nullos exigunt obulos, nulla exposcunt luctamina... attamen ad colendam condigne Majestatem divinam, ad exhibendum debite cultum externum, ad fovendam vicariam devotionem summopere sunt cecessariæ. Instructionibus solummodo frequentioribus, obsecrationibus, invigilationibusq. opus est. Præceptum a Domino Prophetæ Isaiæ C. 85. v. dictatum: *Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia populo meo.... peccata....* exequamur. Quæ circiter verba hac in re ad populum proferenda; quæ rationum momenta pro ordine ac modestia in processionibus servanda, prædicanda sint, praeprimis in Currenda III. supra citata reperiuntur. Illa Venerabiles in Xto Fratres! relegite, depraedicate aliaque prudentiae propriae eloquia ad populum facite, nec non ea, quae nunc reassumuntur aut de novo ordinantur, in effectum deducite. Populus nimirum fidelis in templo divisus sit in duas classes majores, videlicet *juniorum* et *seniorum;* et rursus quaelibet earum in duas, illa in classem *puerorum* et *puellarum;* haec in classem *marium* et *fœminarum.* Pueri sub divinis in ecclesia prope Altare majus consistant; post ipsos autem puellae... mares ulterius in nave e parte Epistolae, fœminae ex altera, e parte Evangelii. Si processio diebus Dom. ordinanda sit post aspersionem, hac peracta illico pueri, quorum fortiores vaxilla arripiant, per magistrum scholae, Cooperatorem aut alium ad hoc deputatum educantur et sequantur cruciferum; post eos puellae incedant... omnes bini, quaterni, seni... pro ratione majoris aut minoris copiae... mares et fœminae in navi nedum moveantur e loco, donec

Celebrans cominus eorum veniat; quo facto mares Altari propinguiores ad dexteram Sacerdotis, fæminae vero itidem priores ad sinistram illius transeant, quos remotiores sequantur, agmenq. sacrum concludant post sacerdotem. Idem Ordo in Processione cum Sanctissimo observetur. Pueri puellaeq. statim post *Agnus Dei* et post *Magnificat*, ad cœmeterium deducantur ac in ordinem redigantur. Vexilliferi, virgines cum imaginibus in medio navis consistant, tribus ac Confraternitates cum candelis compareant, ac duas series forment... *hi tantum* Celebranti *præcedant*; reliqui genuflexi in navi loco haud *moveantur*, donec sacerdos hos illosve transeat. Quodsi ob fidelium multitudinem pars eorum notabilis e medio navis ante Celebrantis adventum ad navim, amovenda veniret, ea per januas collaterales expediatur ad cœmeterium, ubi suam expectet classem. Hoc modo cursitationi ad templi fores, tumultuiq. ponetur obex. Hic *ordo*, nisi alius adaequatior jam introductus sit, nomine Nostro fidelibus stricte observandus e suggestu *publicetur* tam diu, donec ad effectum deducatur; et ad eum manutenendum magistri scholarum, aeditui, aliiq. ad hoc selecti, praeprimis *Cooperatores*, pro majori Dei gloria, animarumq. salute, conferre sua haud negligent. Perillustres vero Decani vigilem ad processiones, Confessiones &c. figent oculum, executionemq. omnimodam cordi ducent.

N. 1727.

Relatio de comparatione supellectilis pro Cooperatoribus exigitur.

Sub N. 2371 Cur. X. a. 1851 ad munificentiam Ven. Parochorum appelavimus, quatenus supellectilem utpote *mensam*, *sellas*, *lectum*, *armarium* .... in favorem Cooperatorum, neo-ordinatorum, aut seniorum supellectili destitutorum .. pro modulo virium suarum sensim comparare niterentur .. quæ inventario parochiali insereretur, nec non a resp. Cooperatoribus custodiretur, relinquereturq. successoribus bene custodita.

Insuper Perillustribus Decanis commisimus, ut ad finem Anni 1851. illos pios Fundatores Nobis indicarent, simulq. res pro exornanda Vicariali habitatione specificarent.

Modo post elapsum 6 et ultro annum Provocationem attactam in memoriam revocandam esse statuimus, ac insuper addimus, ut *relatio* nova *ante expirium* anni currentis certo certius de executione prioris Requisitionis Nostræ partis a Vener. Officiis Decanalibus ad *Nos pertingat.*

Penes hanc occasionem ad Cooperatores quoq. ditiores verba facimus, quatenus in loco, e quo transferuntur, et supellectilem omnem asportare haud valent ad locum novum, partem ejusdem certam pro gratis successoribus relinquerent, quos si de Eorum beneficientia certiores facti fuerimus, laude afficiemus.

N. 1410.

Apostolico in Suetia et Norvegia Vicario facultas conceditur subsidia heic colligendi.

Juxta Intimatum Exc. Regiminis Cracov. de 8. Maji a. c. N. 10960 in Currenda 6. schol. a. c. impressum Sua C. R. Apostolica Majestas dignata est elargire facultatem

Illustris. J. L. Studach Prælato demestico papali Vicarioq. Apostolico in Regnis memoratis pulsandi januas Subditorum Imperii Austr. obulos ad erigendum Holmiae (Stockholm) Hospitale Sororum Misericordiæ una cum æducationis Instituto conquirendi ergo. Ven. Clerus quamprimum ab Eodem, aut Delegato Ejus hunc in finem salutatus fuerit, haud officio deerit, Virum apostolicum, qui vestigia SS. Patronorum, quos e Regnis illis adhucdum his in oris veneramur, exemplariter premit, eleemosynis piis lætificandi, et per Ipsum *illuminandi his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent*, ab illo tempore, quo e Castris nostris ad alia transilierunt.

N. 1722.

Collectio urgentissima pro incolis pagi Nowa wieś.

1. Maji a. c. pagus Nowa wieś penes Wola Zabierzowska Distristus Niepołomicensis incendio devastatus ac damnum circiter 16800 Rh. passus, 20. familias adificiis orbatas exhibet, quæ mediante Exc. Præsidio Cracov. d. 10. Jun. a. c. N. 2086. manus ad Nos extendunt, subsidium anhelantes. Quo in casu rursus ad sensum misericordiæ Ven. Cleri ac fidelis populi appellamus, ut collectionem instituat *extemplo*, collecta vero ad resp. C. R. Officia Districtualia cum consignatione benefactorum deveherc properet...

N. 673.

Extractus e libello 11. Societatis S. Bonifacii ex a. 1857. et excitatio.

Relegantes ad N. 144. in Cur. III. et N. 2484. Cur. X. ex a. 1857 Ven. Clerum Dioecesanum, juxta Libelli 11. cura Societatis memoratae editi tenorem, informandum esse censemus: a) de allocutione P. T. Henrici Archieppi Principis Vratislav. una cum P. T. Eduardo Jacobo, Eppo Hildesheim. et Conrado, Eppo Paderborn. intuitu ulterioris subsidii, b) de resultato ratiociniorum pro a. 1856, demum c) de epilogo libelii supplicis P. T. Birnbachi Archipresbyteri in gratiam aedificandae Cüstrini aediculae sacrae.

Priores 3. Zelatores pro domo Dei inter alia ad Nos scribunt: »Die ergebenst Unterzeichneten, deren Sprengel vorzugsweise sich in protestantische Gegenden hinein erstrecken und vor allen andern auf die Unterstützung des Bonifacius-Vereins angewiesen sind, haben es für eine heilige Pflicht erachtet, zu Gunsten dieses Vereines und im Interesse so vieler Tausende unserer bedrängten Diözesanen einen dringenden Hülferuf an den Hochwürdigsten Episcopat Deutschlands und Oesterreichs zu richten und Hochdessen wirksamen Schutz für einen so wichtigen und heiligen Zweck anzuflehen. Und indem wir uns erlauben, diese dringende Bitte auch an Ew. zu richten, hegen wir das zuversichtliche Vertrauen, daß, wo die Sache selbst so laut und eindringlich redet, es weiterer Gründe nicht bedürfe, um Hochderselben edle und wirksame Theilnahme auf den mehrfach gedachten Verein hinzulenken. Möchten denn Ew. diesen Verein Ihren Diözesanen mit einem warmen, oberhirtlichen Worte empfehlen und dadurch diese so heilige Sache wirksam fördern helfen! Das Gebet der vielen tausend unsterblichen Seelen, welche diesem Liebeswerke ihre Rettung verdanken werden, wird Sie dafür belohnen.«

Breslau, Hildesheim und Paderborn, im Monat April 1857.

Posterior vero expositis urbis Cüstrini calamitatibus indigentiisq. concludit libellum ita: »Judas Maccabäus stellte eine Geldsammlung an, und schickte 12000 Drachmen Silber nach Jerusalem, damit für die im Kriege gefallenen Opfer verrichtet würden. Auch nahe bei Cüstrin fielen in der Schlacht bei Zorndorf am 26. August 1758 an 10000 Preußen, worunter auch viele Schlesier, also auch Katholiken waren, die mit dem Heere des großen Friedrichs von Landshut Cüstrin zu Hilfe eilten. Bald sind es 100 Jahre, daß diese für das Vaterland Gefalleneu auf dem Schlachtfelde um Cüstrin ruhen, aber für ihre Seelen ist vielleicht noch kein einziges heiliges Meßopfer dargebracht worden, wenigstens nicht iu Cüstrin, wo seit der Reformation der Opferaltar umgestürzt worden ist, und bisher nicht wieder aufgerichtet werden konnte. O helfet, daß zur hundertjährigen Gedächtnißfeier am 26. August 1858 der Grundstein zu einem Kirchlein und Altare gelegt werden kann, um nicht blos den Verstorbenen, sondern auch den noch zu Cüstrin lebenden verlassenen Glaubensbrüdern zu Hilfe zu kommen. Setzet Gott, den Lebenden und Abgestorbenen und euch selbst ein schönes Denkmal katholischer Liebe in dieser Gegend, die nicht einen einzigen katholischen Stein aufzuweisen hat. Das Werk ist zwar nicht leicht, aber christliche Liebe, die mit leidet, wo ein Glied der Kirche leidet, und guter Wille vermögen selbst das Schwerste.«

Calculus exhibet pro a. 1856 reditum e collectionibus: thaleros 32732 et gros. 29 &c. inter quos etiam Diœcesis Tarnov. cum 16 Rh. 10 xr. C. M. resplendet; expensas autem 21155 th. et 3 gr. praeterea variam suppellectilem a plurimis in Missionum usum donatam.

Utinam verba haec Ven. Clerum fortiter ad contributionem ac collectionem excitent, quatenus Regnum Xti in Germaniae ditionibus, per Reformatores coarctatum, in dies magis dilatetur.

N. 755.

Contestatio summae 37 Rh. et 20 x. C. M. receptae pro Missione in Africa centrali.

Exc. C. R. Provinc. Regimen Cracov. Rescripto de 26. Feb. a. c. N. 2944 submissionem summæ 37 Rh. 20 x. C. M. e Diœcesi hujate in favorem Missionis in Africa centrali ad Ipsam mediante Alto Ministerio expediendæ attestatur, quod Nos præsentium tenore significantes cum beneplacentia et benedictione enumeramus Decanatus, qui hucusq. collectionem piam susceperunt, nec non summulas ad Nos promotas; videlicet a) Decanatum *Bochn.* cum 8 Rh. b) ... *Dąbrov.* cum 12 R. 30 x. c) ... *Łącen.* cum 5 R. 30 x. d) ... *Neofor.* 7 R. 52 x. e) ... *Tymbarc.* 1 R. 20 x. f) ... *Wojnic.* 2 R. 10 x. C. M. requirendo Reliquos, ut pro dilatando Regno Dei non verbis tantum, sed opere quoq. conferant festinantes.

N. 1133.

Grates pro collectionibus in rem Missionum Terrae sanctae rependuntur.

Vener. Commissariatus Generalis Terræ sanctæ Vindobonæ Litteris de 9. April. a. c. N. 837 sub gratiarum actione perceptionem summæ 30 Rh. C. M. e Diœcesi Nostra pro

Missione Hierosolimis contestatur.. Summa memorata pullulat a) E Parochia Tarn. per 12 Rh. 40 x. b) E Decanatu Radomyśl. per 5 Rh. 40 x. c) E Decan. Skavin. per 6 Rh. 40 x. d) E Dec. Tymbarc. 1 Rh. 20 x. e) a Benefactore J. A. 2 R. 40 x. f) E Parochia Rajcza 1 Rh. qua stipendium in suffragium animæ Reginæ. Consistorium hujas Benefactores resp. collaudando nec non Largitori cunctorum bonorum ac Remuneratori commendando summulas e reliquis Decanatibus præstolatur.

N. 1070.

Bullarii Cocqueliani editio locupletior commendatur.

Augustæ Taurinorum (Turin) prodibit sub titulo: Bullarum, Diplomatum et Privilegiorum SS. RR. Pontificum Taurinensis editio, locupletior facta, collectione novissima plurium Brevium, Epistolarum, Decretorum Actorumq. S. Sedis A. S. Leone M. usq. ad præsens cura et studio R. P. D. Alojsii Tomasetti Antist. Dom. Pontif. et Collegii adlecti Romæ virorum S. Theologiæ et SS. Canonum peritorum sub Apostolica benedictione SS. D. N. Pii Papæ IX. et quidem fasciculis in 40 pagellis. Vetus Bullarium Cocquelianum 600 circiter fasciculis ejusmodi constabit, additamenta vero, ad instar appendicis Bullarii separatis voluminibus lucem videbunt eodem pretio pro uno fasciculo, quorum numerus adhuc gnoratur. Singulis mensibus quinq. fasciculi imprimentur, atq. cujusq. pretium figitur libella ına gallica (1 franc. seu 23—24 x. C. M.) in loco solviturq. cum accipitur fasciculus. Ex- ›ensæ transmissionis extra Sardiniæ regnum a subscriptoribus solventur. Subscripturi tantum hesaurum ad Bibliopolam se convertant oportet, qui ejusmodi negotia curat.

Casus Summo Pontifici reservati,

a quibus Confessarii neminem citra specialem facultatem absolvere praesumant.

Absolvens citra specialem facultatem a casibus Summo Pontifici, aut Episcopo reservatis.

Commutans sine speciali licentia 5. vota reservata, videlicet perpetuae castitatis, ingressus in religionem et triplicis peregrinationis Romam, Compostellam et Hierosolimas.

Communicans in eodem crimine cum excommunicatis a Papa.

Duellans, provocans et cooperans ad duellum.

Docens: quod Confessio sacramentalis possit fieri in ordine ad absolutionem a Confessario absente accipiendam.

Effringens cum spoliatione ecclesiam vel alium locum in esia clausum.

Impediens executionem literarum S. Pœnitentiariæ.

Jucendiarius malitiosus, ex quo per Ecclesiae sententiam, ut talis, fuerit publicatus.

Interfectio, aut percussio Clerici, si laesio sit atrox et enormis; et publicus percussor Clerici ipso facta est excommunicatus vitandus.

Religiosus habitum suum temere dimittens.

Simoniacus in Beneficiis ecclesiasticis, susceptione Ordinum et ingressu in Religionem. Simonia realis in Beneficiis ecclesiasticis perpetrata conjunctam habet obligationem relinquendi beneficium simoniace obtentum et restituendi fructus exinde perceptos, uti etiam pedissequam

inhabilitatem ad hoc et alia quaecumque beneficia consequenda. In ordinibus vero suspensum reddit illum, qui ordinatus est, ut non possit ea, quae sui sunt ordinis, citra irregularitatem exercere.

Denique simoniaci in Religionis ingressu, si singulares sint personae, sunt excommunicati; si autem Conventus vel Capitulum simoniam commisit, ipso facto suspensionis sententias incurrit.

Violatio Clausurae ad malum finem.

Haeresis externa formalis, licet occulta.

Casus a Benedicto XIV. Sacrae Sedi reservati.

Absolvens complicem circa ea, quae sunt contra sextum praeceptum.

Abutens Missae sacrificio ad sortilegia perpetuam contrahit inhabilitatem celebrandi Missam.

Docens: licere quaerere ex pœnitente complicis nomen, si id non pertinet ad cognoscendum et distinguendum peccatum; et qui id ut licitum in confessionali exercent simulque pœnitenti ob non revelatam complicem partem absolutionem sacramentalem denegant, denuntiandi sunt.

Edentes libros, scripturas aliaq. opera, in quibus de imminutione festorum de praecepto, sive pro sive contra eam agitur; hujusmodi vero libri ad indicem librorum prohibitorum pertinent.

False denuntiantes Confessarium, ut sollicitantem; vere tamen sollicitans denuntiandus est.

Liberi Muratori vulgo „Francs Maçons"

Mercimonia super eleemosynas Missarum exercentes, seu retinentes partem stipendii manualis, cum suspensione quoad Clericos, et cum excommunicatione quoad laicos.

Paciscentes conjuges inter se de non appellando a sententia lata pro matrimonii nullitate, uti etiam judices ejusmodi pacta executioni demandanda pronuntiantes, ipsa vero pacta sunt irrita.

Venditio fructuum beneficii ad dies vitae.

Publicationes.

Ad alleviandum negotium taxarum pro dispensationibus Romae impetratis aut impetrandis statuitur, ut taxae ejusmodi aut scriptotenus mittantur ad Praesidium Eppale hujas, aut oretenus in Praesidio deponantur.

2. Si taxae jam solutae, et partes dispensationem nedum consecutae sunt, supplicatio fieri potest de acceleratione negotii ad Idem Praesidium Eppale.

3. Cuilibet Presbytero solventi 30 xr. pro Currendis admanuandum erat 1. quoq. exemplar Currendae germ. sive scholasticae, admanueturq. in posterum per unum utriusq.

N. 1375.

Piis ad aram precibus commendatur.

Ama A. R. Adalberti Kalatowicz, Curati in Olszówka, 6. Maji a. c. demortui, nec non 1 Missa pro ea persolvatur a membris Societatis p. f. m.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 17. Junii 1858.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.